

SAPIENTEM, ut inclytam quoque Academiam Wittebergensem conderet.

Sed quæcunque tandem causa Principem laudatissimum ad fundandam hanc Academiam impulit, id profecto certum indubitatumque est, rem eam totam divinitus gubernatam fuisse. Habebat enim Deus in animo, verbum suum ex tenebris & tyrannide Pontificia in lucem libertatemque evocare, quod nemo hominum eo tempore perspiciebat, sed plurimi erant, qui summis votis & gemitibus id expetebant. Itaque mature lucem literarum suscitare voluit in hac regione Misnica: Unde post centum fermè annos Ecclesiæ emendatio omnis erat eruptura. Est enim literarum scientia plerumque veluti prodromus sinceræ atque orthodoxæ religionis, vel certè comes perpetua, quæ obsequio suo & ministerio modis omnibus eam juvat & ornat. Quare & tunc præmisit Deus literarum doctrinam in hanc regionem, ut hospitium Ecclesiæ suæ necessarium & commodum in hac Urbe primum, præpararet.

Habetis jam, Auditores eminentissimi,  
 a<sup>et</sup> Doegu<sup>m</sup> & occasionem, quâ ex Academiâ Pragensi nostra hæc Universitas prodiit;

Cau-